℣. Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúia. ℟. Et de petra, melle saturávit eos, allelúia.

Oratio.

Sancti nóminis tui Dómine timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum : quia nunquam tua gubernatióne destítuis † quos in soliditáte tuæ diléctiónis instítuis : Per.

IN OCTAVA CORPORIS CHRISTI.

SOLEMNISSIMUM.

AD I. VESPERAS.

Capitulum Dóminus Jesus., Hymnus Pange lingua., ℣. Panem de cælo., ad Magn. Ant. O quam suávis est., Oratio Deus qui nobis., ut ad j. Vesperas Festi.

AD II. VESPERAS.

Omnia dicantur ut ad ij. Vesperas Festi.

❧ Feria vj. post Oct. Corporis Christi incidit festum Ss. Cordis Jesu, cujus Officium proprium requir. inter festa mobilia quæ sequuntur festum Dedicationis Ecclesiæ. (De concomitantia Octavæ Corp. Christi et Ss. Cordis Jesu leg. Rubr. gen. Breviar. § xxv. n. 9.)

SABBATO ANTE DOM. I. POST OCT. TRINITATIS.

❧ In hoc Sabbato, et in ceteris Sabbatis usque ad Adventum Domini, quæ propriis locis notata non fuerint dicantur ut in Sabbato ante Dominicam j. post Octavam Epiphaniæ, pag. 128. et pag. 129.